

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam

In illo tempore: 1 Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. 2 Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Cæsari, et dicentem se Christum regem esse. 3 Pilatus autem interrogavit eum, dicens: Tu es rex Judæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. 4 Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas: Nihil invenio causæ in hoc homine. 5 At illi invalescebant, dicentes: Commovet populum docens per universam Judæam, incipiens a Galilæa usque huc.

6 Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit si homo Galilæus esset. 7 Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Jerosolymis erat illis diebus. 8 Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. 9 Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. 10 Stabant autem principes sacerdotum et scribæ constanter accusantes eum.

11 Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatum. 12 Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.

13 Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe, 14 dixit ad illos: Obtulistis mihi

The Passion of our Lord Jesus Christ according to Luke

At that time: The assembly of the elders of the people rose as a body and brought Jesus before Pilate. They began to accuse him, saying, "We found this man perverting our nation, forbidding us to pay taxes to the emperor, and saying that he himself is the Messiah, a king." Then Pilate asked him, "Are you the king of the Jews?" He answered, "You say so." Then Pilate said to the chief priests and the crowds, "I find no basis for an accusation against this man." But they were insistent and said, "He stirs up the people by teaching throughout all Judea, from Galilee where he began even to this place."

When Pilate heard this, he asked whether the man was a Galilean. And when he learned that he was under Herod's jurisdiction, he sent him off to Herod, who was himself in Jerusalem at that time. When Herod saw Jesus, he was very glad, for he had been wanting to see him for a long time, because he had heard about him and was hoping to see him perform some sign. He questioned him at some length, but Jesus gave him no answer. The chief priests and the scribes stood by, vehemently accusing him. Even Herod with his soldiers treated him with contempt and mocked him; then he put an elegant robe on him, and sent him back to Pilate. That same day Herod and Pilate became friends with each other; before this they had been enemies.

Pilate then called together the chief priests, the leaders, and the people, and said to them, "You brought me this man as

hunc hominem, quasi avertentem populum, et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. 15 Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, et ecce nihil dignum morte actum est ei. 16 Emendatum ergo illum dimittam. 17 Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum.

18 Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, et dimitte nobis Barabbam: 19 qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate et homicidium missus in carcerem. 20 Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum. 21 At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. 22 Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inveno in eo: corripiam ergo illum et dimittam. 23 At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: et invalescebant voces eorum. 24 Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum. 25 Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum.

26 Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post Jesum. 27 Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quæ plangebant et lamentabantur eum. 28 Conversus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros. 29 Quoniam ecce venient dies in quibus dicent:

one who was perverting the people; and here I have examined him in your presence and have not found this man guilty of any of your charges against him. Neither has Herod, for he sent him back to us. Indeed, he has done nothing to deserve death. I will therefore have him flogged and release him."

Then they all shouted out together, "Away with this fellow! Release Barabbas for us!" (This was a man who had been put in prison for an insurrection that had taken place in the city, and for murder.) Pilate, wanting to release Jesus, addressed them again; but they kept shouting, "Crucify, crucify him!" A third time he said to them, "Why, what evil has he done? I have found in him no ground for the sentence of death; I will therefore have him flogged and then release him." But they kept urgently demanding with loud shouts that he should be crucified; and their voices prevailed. So Pilate gave his verdict that their demand should be granted. He released the man they asked for, the one who had been put in prison for insurrection and murder, and he handed Jesus over as they wished.

As they led him away, they seized a man, Simon of Cyrene, who was coming from the country, and they laid the cross on him, and made him carry it behind Jesus. A great number of the people followed him, and among them were women who were beating their breasts and wailing for him. But Jesus turned to them and said, "Daughters of Jerusalem, do not weep for me, but weep for yourselves and for your children. For the days are surely coming when they will say,

Beatae steriles, et ventres qui non genuerunt, et ubera quae non lactaverunt. 30 Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Operite nos. 31 Quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet?

32 Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. 33 Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariae, ibi crucifixerunt eum: et latrones, unum a dextris, et alterum a sinistris. 34 Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortes. 35 Et stabat populus spectans, et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus. 36 Illudebant autem ei et milites accedentes, et acetum offerentes ei, 37 et dicentes: Si tu es rex Judaeorum, salvum te fac. 38 Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris graecis, et latinis, et hebraicis: Hic est rex Judaeorum.

39 Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac te ipsum et nos. 40 Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. 41 Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. 42 Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. 43 Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

'Blessed are the barren, and the wombs that never bore, and the breasts that never nursed.' Then they will begin to say to the mountains, 'Fall on us'; and to the hills, 'Cover us.' For if they do this when the wood is green, what will happen when it is dry?"

Two others also, who were criminals, were led away to be put to death with him. When they came to the place that is called The Skull, they crucified Jesus there with the criminals, one on his right and one on his left. Then Jesus said, "Father, forgive them; for they do not know what they are doing." And they cast lots to divide his clothing. And the people stood by, watching; but the leaders scoffed at him, saying, "He saved others; let him save himself if he is the Messiah of God, his chosen one!" The soldiers also mocked him, coming up and offering him sour wine, and saying, "If you are the King of the Jews, save yourself!" There was also an inscription over him, "This is the King of the Jews."

One of the criminals who were hanged there kept deriding him and saying, "Are you not the Messiah? Save yourself and us!" But the other rebuked him, saying, "Do you not fear God, since you are under the same sentence of condemnation? And we indeed have been condemned justly, for we are getting what we deserve for our deeds, but this man has done nothing wrong." Then he said, "Jesus, remember me when you come into your kingdom." He replied, "Truly I tell you, today you will be with me in Paradise."

44 Erat autem fere hora sexta, et tenebræ factæ sunt in universam terram usque ad horam nonam. 45 Et obscuratus est sol, et velum templi scissum est medium. 46 Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit. 47 Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Vere hic homo justus erat. 48 Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. 49 Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres, quæ secutæ eum erant a Galilæa, hæc videntes.

50 Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus et justus: 51 hic non consenserat consilio, et actibus eorum: ab Arimathæa civitate Judææ, qui exspectabat et ipse regnum Dei: 52 hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Jesu: 53 et depositum involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

It was now about noon, and darkness came over the whole land until three in the afternoon, while the sun's light failed; and the curtain of the temple was torn in two. Then Jesus, crying with a loud voice, said, "Father, into your hands I commend my spirit." Having said this, he breathed his last. When the centurion saw what had taken place, he praised God and said, "Certainly this man was innocent." And when the crowds who had gathered there for this spectacle saw what had happened, they returned home, beating their breasts. But all his acquaintances, including the women who had followed him from Galilee, stood at a distance, watching these things.

Now there was a good and righteous man named Joseph, who, though a member of the council, had not agreed to their plan and action. He came from the Jewish town of Arimathea, and he was waiting expectantly for the kingdom of God. This man went to Pilate and asked for the body of Jesus. Then he took it down, wrapped it in a linen cloth, and laid it in a rock-hewn tomb where no one had ever been laid.